

## MYSTERIA GAUDII

### **1. Angelus Domini nuntiavit Mariae.**

Dixit Maria: «Ecce ancilla Domini; fiat mihi secundum verbum tuum». (**Lc 1,38**)

### **2. Maria visitat Elisabeth.**

**Magnificat anima mea Dominum. (Lc 1,46)**

### **3. Iesus nascitur in Bethlehem.**

**Gloria in altissimis Deo, et super terram pax in hominibus bonae voluntatis. (Lc 2,14)**

### **4. Puer Iesus praesentatur in templo.**

**Lumen ad revelationem gentium et gloriam plebis tuae Israel. (Lc 2,32)**

### **5. Puer Iesus invenitur in templo.**

**In his, quae Patris mei sunt, oportet me esse. (Lc 2,49)**

**Pater noster, qui es in caelis:**

**sanctificetur nomen tuum;  
adveniat regnum tuum;  
fiat voluntas tua, sicut in caelo, et in terra.  
Panem nostrum cotidianum da nobis hodie;  
et dimitte nobis debita nostra,  
sicut et nos dimittimus debitoribus nostris;  
et ne nos inducas in temptationem;  
sed libera nos a malo. Amen.**

**Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum;**

**benedicta tu in mulieribus,**

**et benedictus fructus ventris tui, Iesus.**

**Sancta Maria, Mater Dei,**

**ora pro nobis peccatoribus**

**nunc et in hora mortis nostrae. Amen.**

**Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto.**

**Sicut erat in principio, et nunc et semper,**

**et in saecula saeculorum. Amen.**

## MYSTERIA DOLORIS

### **1. Iesus in horto Gethsemani orat.**

Iesus orabat dicens: «Pater, non mea voluntas sed tua fiat». (**Lc 22,42**)

### **2. Iesus flagellis caeditur.**

**Ecce ascendimus Hierosolymam, et Filius hominis tradetur, et illudent ei et conspuent eum et flagellabunt eum et interficiant eum, et post tres dies resurget.** (**Mc 10,33-34**)

### **3. Iesus spinis coronatur.**

**Exiit Iesus foras, portans spineam coronam et purpureum vestimentum. Et dicit eis Pilatus: «Ecce homo!».** (**Io 19,5**)

### **4. Iesus cruce oneratus Calvariae locum adit.**

**Dicebat Iesus ad omnes: «Si quis vult post me venire, abneget semetipsum et tollat crucem suam cotidie et sequatur me».** (**Lc 9,23**)

### **5. Iesus in cruce moritur.**

**Cum vidisset Iesus matrem et discipulum stantem, quem diligebat, dicit matri sua:**  
**«Mulier, ecce filius tuus».** Deinde dicit discipulo: **«Ecce mater tua».** (**Io 19,26-27**)

## MYSTERIA GLORIAE

**1. Resurrectionis mysterium.**

Iesus a mortuis resurgit.

**2. Ascensionis mysterium.**

Iesus caelos ad Patris gloriam ascendit.

**3. Missionis Spiritus Sancti mysterium.**

Spiritus Paraclitus supra discipulos descendit.

**4. Assumptionis beatae Mariae Virginis mysterium.**

Assumpta est Maria in caelum.

**5. Glorificationis beatae Mariae Virginis mysterium.**

Maria Virgo in caelis Regina coronatur.

***Totus tuus, Maria! Totus tuus!***

## MYSTERIA GLORIAE

### **1. Iesus a mortuis resurgit.**

Dixit angelus mulieribus: «Iesum quaeritis Nazarenum crucifixum. Surrexit, non est hic». **(Mc 16,6)**

### **2. Iesus caelos ad Patris gloriam ascendit.**

Dominus Iesus, postquam locutus est discipulis, assumptus est in caelum et sedit a dextris Dei. **(Mc 16,19)**

### **3. Spiritus Paraclitus supra discipulos descendit.**

Repleti sunt omnes Spiritu Sancto. **(Act 2,4)**

### **4. Assumpta est Maria in caelum.**

Beatam me dicent omnes generationes, quia fecit mihi magna, qui potens est. **(Lc 1,48-49)**

### **5. Maria Virgo in caelis Regina coronatur.**

Signum magnum apparuit in caelo: mulier amicta sole, et luna sub pedibus eius, et super caput eius corona stellarum duodecim. **(Apc 12,1)**

**Salve Regina, mater misericordiae;**  
vita, dulcedo et spes nostra, salve.  
Ad te clamamus, exsules filii Evae.  
Ad te suspiramus, gementes et flentes  
in hac lacrimarum valle.  
Eia ergo, advocata nostra,  
illos tuos misericordes oculos ad nos converte.  
Et Iesum, benedictum fructum ventris tui,  
nobis post hoc exsilium ostende.  
O clemens, o pia, o dulcis Virgo Maria.

## MYSTERIA LUCIS

### 1. Baptismatis mysterium.

Iesus in Iordanem baptizatur.

### 2. Nuptiarum in Cana mysterium.

Iesus aquam in vinum commutat propter Mariae intercessionem.

### 3. Proclamationis regni Dei mysterium.

Iesus regnum Dei proclamat et ad conversionem invitat.

### 4. Transfigurationis mysterium.

Iesus in monte Thabor transfiguratur.

### 5. Eucharistiae mysterium.

Iesus Eucharistiam instituit.